Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3025
Quelle:
Copyright:

phonarium, Officium Chori de *Trinitate* et de *Dedicatione Ecclesiae*, iterum *Missae* pro variis Necessitatibus, *Benedictiones* diversae, quas praecedit *Exorcismus Salis et Aquae. Super Infirmos Sancti Gregorii Papae*, qui tamen diversus est ab eo, qui in ejus *Sacramentario* apud *Muratorium* legitur, tum Missa: *III. Id. Jul. Natal. Sanctae Margaretae*, post quam deficit *Codex*. Adjecta tamen est aeque vetusta manu: *Missa ad sanctam sophiam*, et recentiore, quae tamen Seculum XII. non excedat, *Missa Sabbato de sancta Maria*, alia *pro peccatis*, alia *pro petione lacrimarum*, alia *pro amicis*, et demum *Ordo in Palmis* imperfectus. Ceterum, qui egregium hoc *Liturgiae* Seculi X. Monumentum cum Collectionibus *Hittorpii*, *Martenii*, *Muratorii*, *Gerberti* &c. penitius contendere voluerit, multa quidem consona, non pauca tamen diversa, notatuque digna deprehendet, quorum quaedam hic indicasse pro instituto suffecerit.

DCCCXXXI.

149 Codex membraneus lat. Sec. IX. Folior. 230. f. perquam eleganter, licet a diversa manu, scriptus, et paene ad miraculum conservatus continet sequentia sacrae antiquitatis Κειμηλια. I. quidem *Praefationes Quadragesimales a Dominica prima usque ad feriam quartam post Palmas* ex *Sacramentario Gregoriano*. Leguntur hae in edit. *Hug. Menardi Paris.* 1642. p. 37. 4. in edit. *Opp. Gregorii Paris.* 1705. T. III. *col.* 37. f. in *L. A. Muratorii Liturgia Rom. Vet. Venet.* 1748. *col.* 300. f. et recentissime in Cels. Principis, doctissimique Praesulis *Mart. Gerberti Monumentis vet. Liturgiae Alem. P. I. typis Sanblas.* 1777. p. 37. 4. cujus Textui nostrum contendere juvat. *Dom.* I. Gerb. *corporalium*, nost. *secularium* cum Paris. et Mur. *Fer. III.* gerb. *non desinas — horteris*, nost. *non desinis — hortaris* cum iisd. *Fer. IV.* gerb. *terram producere iussisti*, nost. *producere iussisti* cum Mur. sed Paris. *produci. Fer. VI.* gerb. tota alia, nost. eadem cum Paris. et Mur. *Sabb.* gerb. versus finem variat a nost. Paris. et Mur. *Dom. II.* gerb. *exorantes*, nost. cum aliis *exorare. Fer. II.* gerb. *a noxiis liberare digneris incursibus*, nost. cum aliis, *a noxiis liberes insidiis. Fer. III.* gerb. *quatenus ab omnibus possimus semper abstinere peccatis*, nost. c. aliis, *ut ad tua mereamur te opitulante peruenire promissa. Fer. IV.* gerb. *eius exemplo*, nost. et aliis deest. *Fer. V.* gerb. *qui pro peccatis nostris ingruentium malorum pondere premimur*, nost. Paris. et Mur. *qui peccatis ingruentibus. Fer. VI.* gerb. *tribuas medelam*, alii *veniam. Dom. III.* gerb. *et qui terrena delectatione carnales epulas abnegamus, humanae voluptatis* &c. alii, *et quę terrena delectatione carnalibus epulis abnegamus, humanę voluntatis* &c. *Fer. II.* gerb. *cum intenta supplicatione*, alii, *cum omni. Sabb.* gerb. *ut*